

rones... **A**lexandra... **M**...
 lib... **M**...
 et... **I**...
E... **H**...
 et... **P**...
 et... **E**... **G**...
S... **P**...
 et... **A**...
 et... **H**...

4, 131 / 9048

II / 131

I.

II.

III.

III.

V.

VII.

VII.

IX.

X.

XI.

XII.

2
AUGUSTI
GYMNASII GORLICENSIS
PALAESTRA

ORATORIO-POETICA,

^{b. c.}
EXERCITIA ORATORIA
ET POETICA,

publicè,

nunc in Perorantium Cathedra, nunc in
aliquo peculiari Pegmate, nunc in

Theatro Scenico,
Florentissima Juventutis Scholasticae Corona
Gymn. Gorl.

infra

Doctrina instaurata ac recognita

SEXENNIIUM,

et quod excurrit,

AUDITORIBUS aequè ac SPECTATORIB,
ERUDITIS,

MODERATORE

M. CHRISTIANO FUNCCIO,
RECT. GORLIC.

pleraq; à proò lè sò ~~uatos~~, ut Gr. amant libri,
et ex prompta memoria,
exhibita.

TOMUS III TIUS



ALICHIATI

GYMNASII GÖRLITZENSIS

PALASTRA

ORATORIO-POETICA

EXERCITIA ORATORIA

ET POETICA



Faint handwritten text, possibly a library inventory or acquisition note.

SEXENNIVM

AUDITORIBUS SPECTATORIBUS

ERUDITIS

MODERATORIBUS

M. CHRISTIANO FINICIO

RECTORI GÖRLICENSIS

Faint handwritten text, possibly a date or location.

TOMUS IIIIUS

De
Cicatricibus Christi
Oratio.

479

Sum omnes, Sceptor Excellentissime, Viri Vere,
Tug, in spem Parentum ac Patriae nata ac facta
studiose juventutis corona, cum omnes, inquam, ^{unghi}ingu-
lari quadam ac non ima laude digni videntur, qui in
assequenda honestarum artium scientia operam set indu-
striam suam collocant; tum ii praecipue, qui veluti ma-
jore quodam Numinis afflatu percussi, caeteris omnibus
posthabitis, ad divinarum rerum scientiam, quae incompa-
rabiles divinae sapientiae thesauros hominibus recludit,
aspirant, omnesque ad eam cogitationes suas atque studia
conferunt. Verum enim vero, quemadmodum in univer-
so hoc mundi theatro nihil reperire licet excellentis homi-
ne, in homine nihil praestantis anima, in anima nihil
exquisitis ratione, in ratione nihil praclaris intellectu,
in intellectu nihil pretiosae sapientiae set scientiae; ita nec
ulla, vel plane nulla scientia est, quae quidem in intelle-
ctum hominis cadere potest, dignior, nulla eminentior, nul-
la rarior ac carior rerum divinarum scientia, quae
antiquo vocabulo theologia dicitur. Et quis quae so, est
qui alias omnes, si in unum conferantur, scientias, cum hac,
quae tam pulchra, tam admirabilia, tam divina et saluta-
ria tradit, nullo modo comparandas putet? Haec enim immo ^{haec} omnem encyclopaediam ac
disciplinarum liberalissimarum orbem complectitur. Omnes
scientiae, facultates, artes, in amplectum rapit: quicquid
Graecorum stas stupuit, Ter-
tullianus decantavit, id defecatum
prius ac purgatum in sua
ministeria advocat: quicquid
librorum, blattarum et fine-
arum dentibus eripuit in-
dustria, conservavit civi-
na providentia, in suam
bibliothecam asserit.

fundamentum est, cui universus Christianismus
est superstructus. Haec aurea illa catena est, quae
mortalitatem nostram, quantum divinae naturae
artissima colligat, divinae naturae
Mythriaca
septaeno, feste lesso
Sanctissimae
librorum, blattarum et fine-
arum dentibus eripuit in-
dustria, conservavit civi-
na providentia, in suam
bibliothecam asserit.

Thracibus lignas scalas quamplurimas inger-
by in caelum ad Junonem de contumacia expostulatur
ascenderet. Haec Helice aut cynosura quae piam est, ad
quam universae navigationis, id est vitae nostrae cursus
dirigatur. Haec ignis ille coelestis est, quem non fictitig
ille Poetarum Prometheus; sed ipse Christus in terras attulit, sine

quo vita constare non potest. Haec veluti sol oriens nu-
 bium caliginem dissipat; velut fides, quod Castoris et Pol-
 lucis dicitur, exortu suo maris rabiem placat, tempestates
 dispellit, ignorantiam puta et superstitionum procellas. Haec
 depravatas impurissimis opinionibus hominum mentes velut
 de integro iteripolat. Distractos dissipatoque variis idolorum
 cultibus homines in unam veram religionis societatem convo-
 cat: vitae tranquillitatem largitur et mortis ferocem
 suffert, aeternam denique beatitatem hominibus pollicetur. Ni-
 vere illud affirmare posse mihi videor, quemadmodum Plato
 nium elementorum in corporibus caelestibus quendam veluti flo-
 rem, in hisce inferioribus quendam veluti facem esse de-
 bant: ita rerum omnium cognitione dignarum in Theologia
 florem, in aliis scientiis facem contineri; quodq; Homerus de
 Thesia, Cato de Scipione dixit, idem de Theologia dici posse
 eam videlicet sapere solam, reliquas disciplinas, velut umbrae
 per inane volubantes vagari. O vitae Theologia dux, o vi-
 tutum omnium parens, vitiorum expultrix! O hebetes stu-
 dios, aut ut verius dicam, miseros et perditos, qui suavitatem

Valcat itaq; Martini V. la tuae fructum non sentiunt: contra vero offer et gratia
 sa somnig, qui Satana beatos illos, quorum ita est affectu anima, ut nusquam sua
 Theologia praesertim bellacis vig quam in te suisq; studiis conquiescat. Dicite mihi nunc
 exterminatoris aut corruptoris A.V. quid de mysteriorum sacrorum clavigera Theolo-
 vis frasu, Lovanium in gria vobis videatur? Dicite annon tanto hac facultas coe-
 Academiam erigens, omnibus scientiis committatur deservitis manibus iudicio vestro anteponenda sit, quanto aeterna na-
 de premium, reginam scien- tivis, immortalia caducis, divina humanis antecellunt? Mihi
 fiasum Theologiam exulare voluit, ac inhonoratam relicte, ut aperte quod res est dicam, nulla videtur superior, nulla
 quit, fortasse Cita J. Lipsii prastantior. Indeq; non tantum ab ineunte aetate illam religio-
 haviolatur in Lovanio, vul- gare doctrinam eam spargere disciplinarum reginam, Dei ad homines missam interpretem,
 re, hanc ex usu censuit, hanc de terra in caelum vestigativam, studiis humanis apicem
 campum nimis aperire et mutationibus et sermonibus ambivi; sed et studia mea primaria facultatum Superbiae
 super rebus aeternis. Deum destinare bono cum deo apud animum meum constitui. Evange-
 immortalis! Gynaeceum sub meum ex his Musarum castris abiturum, pro more ac consue-
 regina debuit honestis tudine aliquid dicendum esse mihi, intelligerem, ex Theologorum
 haberi. Regiam oportuit Scholis praestantior hanc Theologicam: An Christi Cicerones
 exulare et stigmata adhuc etiam retineat, et in aeternum referantur sit,
 orationis veste in campum hunc oratorium producere, eamq;
 ex sacrarum literarum collatis inter se locis et Patrum nonnul-
 lorum ecclesiae superiorum aetatum nostrorumq; Doctorum argu-
 mentis aliquot confirmare prolubio fuit. Evanquam vero non
 sum ita improvidus: ut sublime quid peperisse mihi videar, aut
 singulare, aut dignum adeo aubiunt vestrarum aedibus: indignum
 tamen animum meum; ut astumarem: cuius pro fidelis
 licitum esse pro ingenio sui dimisso, versari in rerum divi-
 narum meditatione et sermone Dei, qui habitare inter omnes
 opulenter debet. Neq; enim ii dumtaxat referunt magni

ac memorat
 conferunt
 etiam in ab
 ligna, fig
 se habeant,
 in pio hoc
 promptitudi
 cathedra per
 stantem bene
 Atq; ut hinc
 et Scriptores
 capite concl
 tantum cio
 resurrectione
 vatas, in di
 turum esse
 ex recentior
 dere et asse
 hise, multo
 olim exhibi
 kal' oxoro
 discipulis, e
 quum quo
 dei, dicitur
 arguere qu
 quam habe
 sa clavore
 celo illata
 ita accipien
 impotentia
 quodam
 nimis dolor
 te Christi g
 Satorum
 atrocissima
 mi indices
 Martyres c
 testimonia
 dum est,
 hominum
 soliq; Ange
 auring v
 vestra Jar

ac memorabile nomen, qui ad structuram magnificae domus
 conferunt aurum, argentum, suppellectilem pretiosam. Sed
 etiam in aliquo sunt pretio numeroe; qui stipulas, qui
 ligna, figna, calcera, coementa congerunt. Eva cum ita
 se habeant, qua par est observantia et pietate contendo, velitis
 in pio hoc argumento, singularem Plendi et auscultandi
 promptitudinem festari mihiq; ultimo ex hac perorantium
 cathedra peroranti, vel ex hac attentione, memorem ac con-
 stantem benevolentiam demonstrare.

Atq; ut hinc nostra se primum efferat oratio, Pleriq; Patres
 et Scriptores ecclesiastici ex dicto quod habetur Zachariae XII
 capite concludunt, Christum Salutis nostrae vindicem non
 tantum cicatrices vulnerum per dies quadraginta post
 resurrectionem retinuisse, sed et caelo illatas sancte ser-
 vatas, in die extremi iudicii ostensurum: et in aeternum reten-
 turum esse. Evidem non infiteor et refragor impudentiq;
 ex recentiorib; Theologis haud unos dari, qui malint cre-
 dere et asserere, Christum cicatrices sepulchro non extu-
 lisse, multo minus coelum intulisse, omnium minime
 olim exhibiturum esse: sed ad exiguum duntaxat tempus
 et per dispensationem pro informandis
 discipulis, et confortanda fide eorum, assumpsisse. Sed
 quum questio ista ejus generis sit, ut salva compage fi-
 dei, diversimode expediri, et neutra pars alteram hereseos
 arguere queat: quid obstat, quo minus pro libertate
 quam habemus in Domino assentiamur, ut, qui stigma-
 ta clavorum nunquam deposita, sed et sepulchro celata et
 caelo illata, imo et olim conspicienda docent. Eva tamen
 ita accipienda velim: vestigia illa vulnerum nequaquam ex
 impotentia quadam sanandi in corpore esse relicta, nec ee
 quodam nervos et vitia ullum dedecus afferentia, multo
 minus dolorem quandam, nec et necessitate quadam in corpo-
 re Christi glorificato haerere, sed ex libera pconomia et dispen-
 satione. Atq; primo quidem affirmare posse mihi videor
 Salvatorem nostrum in corpore suo stigmata retinuisse, id
 atrocissima passionis suae pro mundi salute susceptae certissi-
 mi indices ac testes existrent. etenim si Augustino teste,
 Martyres cicatrices etiam in ipsa aeterna beatitudine tanquam
 testimonia constantiae habituri sunt: quanto magis creden-
 dum est, Christum Jesum, Characteres officii sui pro salute
 hominum fideliter et ad mortem usq; gesti. Deo aeterno
 et Angelorum choro exhibere voluisse. Cyrillus certe Alex,
 vehementer assertionem hanc urget: ac refert huc
 verba Isaiae, quib; mentes illae, ab omni concretione immunes

quasi admirabundae quaerunt: Evis est iste, qui venit
de domo finctis vestibus de Bosra, iste formosus in stola sua
gradiens in multitudine fortitudinis suae? Et Zachariae
13 & 6 dicitur ei: Quid sunt plagae istae, in medio ma-
nuum tuarum? Et dicit: Istis plagatus sum in domo eorum
qui diligebant me: nimirum agnoscunt in cicatricibus signa
bellosum, adorant in carne vulnera jam sanata. Sane
quemadmodum miles fortissimus, vulnera in praelio pro gen-
tis suae salute accepta, non ita curari solet, ut cicatrices
non remaneant; sed mavult, ut haec in corpore discriminis
sui monumenta persistant: Sic omnino statuendum est, Chri-
stum in corporis plagarum cicatrices reservasse, ut quid no-
sti causa egerit, quid exantlarit, quae et quanta, aut nos
in libertatem filiorum Dei vindicaret, in suo corpore susti-
nuerit, omni Tulliana lingua disertis loquantur, glorio-
sis contestentur. Subit haec recordatio animum meum, ab
omni seculorum memoria inventos fuisse impostores, qui
dolo et per mendacium, aliorum nominibus assumptis in
alienas familias, aliena regna se inserentes, certis quor-
busdam corporis membris et gentilitiis notis, quas sum-
mum pro quibus se venditabant, non habebant communes, semet-
ipsum proderint, mortisque periculum incurrerint. Testis est
Persarum Pseudo-Smerdis quem Magos Cambysi substituisse
legimus. Hic cum pro vero Smerdis Rege, Cyri filio Cambi-
si fratre per septem menses habitus esset, auribus tandem Cy-
ri ipsi proferri iusserat, carere cognitis, suppositi poenas
dedit. Testis est superioris seculi Pseudo-Olaf, qui, cum O-
lavum Danica regem Noris lineamentis et corporis similitu-
dine referret, in eius locum se substituens sola umbilici disti-
militudine proditus est. Evidet cum metum meditor, induit
facile ut credam, Christum Salutis nostrae assertorem, unum
cicatrices in corpore suo retinuisse ut demonstraret, id ipsum pro-
pus, quod cruce fuit affixum surrexisse, neque aliud ex ipso pro-
ductum, sed illud ipsum quod passum fuit et mortuum, adeo
omnibus de passione et morte eius constaret, nec haec a
hortens sui per eas crudelissima necis, qua innocentem af-
fecerunt, convincerentur. Hinc illud Alesiae lumen ac co-
lumen Augustini, Christum crucifixores suos in die pan-
critico hunc in modum alloquentem introducit: Ecce ho-
minem, quem crucifixistis, ecce Deum et hominem, in quem
credere nolulistis, videtis vulnera, quae inflixistis, agnosci-
tis laqueum, quod purugistis: quoniam per vos, et propter
vos apertum est, nec tamen intrare voluistis. *Scilicet*

in hanc rem
tur a Ju
nerum res
solum ad ce
factum est,
iudicio.
voluit, ratio
ria de pecca
lent victor
mina et cic
tur. Magn
is oportet,
is labore
pectore adv
Savam, et
humero ac
centum et
et triginta
ut posteri
intuitu a
ferendum
armis Aes
lucris docu
sitate suam
bello acceptis
sto in loco
mo mortis
meliori iure
est cruciat
corpore ex
filiis, tot
in depre
promachui
vestigia v
instrumenta
abit a sente
scham Ve
Christi co
in quantum
si aliquis
ex pugna

in hanc rem ita scribit alicubi: Vulneratio lancea videbi-
 tur a Judæis in iudicio futuro: quodq; cicatrices vul-
 nerum reservatae sunt in corpore Christi resurgente, non
 solum ad certificationem sed passionis et resurrectionis
 factum est, sed etiam ad convincendum Judæos in futuro
 iudicio. Altera, ob quam cicatrices Christi retinere
 voluit, ratio fuit, ut essent gloriosissima illustrissima victo-
 riæ de peccato, daemone morte et inferno trophæa. So-
 lent victores in signum virtutis et gloriae clypeorum fora-
 mina et cicatrices ostentare, in iisq; egregie placere sibi viden-
 tur. Magnam credo, quondam L. Sisinii dentati gloriam fu-
 isse oportet, centies et vicies in aciem eo animi et corpo-
 ris robore descendisse, ut quinq; et quadraginta vulnera
 pectore adverso exceperit, in quo socios habuisse M. Casium
 Davam, et Mantium capitolinum ajunt; quorum ille
 humero ac femore sauciis, atq; oculo eruto caeco, scutum
 centum et viginti ictibus perforatum retulit; hic vero tribus
 et triginta cicatricibus adverso pectore insignis apparuit,
 ut posteri tantorum patrum insignibus gloriarentur, eorūq;
 intuitu a paria egregia facta incenderentur. Eo re-
 ferendum quoq; existimo, quod de Ulyse cum Ajace de
 armis Achilles disceptantes tradunt, qui fabularum invo-
 lucris docuerunt proprietates rerum: Cum nempe genero
 sitatem suam, decus et gloriam in vulneribus et cicatricibus
 bello acceptis potissimum posuisse, utpote quas omnes hone-
 sto in loco nullam a tergo acceperit. At vero de invictissi-
 mo mortis ac diaboli triumphatore, Jesu nostro, longe
 meliori jure, id ipsum possum adserere: quot enim passus
 est cruciatus, quotquot non clypeo; sed sacratissimo suo
 corpore excepit vulnera et plagas, totidem sunt laudum
 titulos, tot gloriandi occasiones, habet tot victoriae trophæa, tot signa imperialia
 in se deprehendimus. Audiamus hanc iterum delectia Catina
 promachum, Augustinum, sic enim ille: Fuerunt inquit
 vestigia vulnerum in corpore, tanquam tituli gloriarum, et
 instrumenta supplicii, in honorem triumphi transierunt: Nec
 abest a sententia Augustini Thomas Aquinas, qui apud Dor-
 schæum Veritatis confessor audit: Cicatrices, inquit, in
 Christi corpore, permanserunt ad majorem cumulum glorie,
 in quantum sunt quaedam virtutis insignia. Profecto si spon-
 deret aliquis pro sponsa sua usq; ad mortem pugnaret, et
 ex pugna referret plagas et vulnera, nonne ipsum glori-

osum et in oculis sponsa formosum redderent? Si ci-
catrices Christi, nobis Solis radius multo lucidiores multo
et pulchriores sunt, quod propter nos vulneratus, in victoria
stagnum eadem nobis ostendit. Evid existimatis, Auditoribus
quanto gaudio perfusa fuerint anime beatorum, quando
viderunt Christum, quem in nuda divinitate antea con-
spexerant, in corpore suo glorificato referre vulnere ve-
stigia, ex quibus intelligerent redemptionis opus, quod tam
cupide expectaverant, gloriase ab ipso perfectum fuisse
et quid quæso futurum censeatis in altera illa vita et
statu gloriæ? annon gloriosa illa et utilantia vulnerum
stigmata novo fulgore, quæ omnem auri et gemmarum
splendorem, omnem siderum ac stellarum decorem, in finito
antecellet intervallo, universa cæli regiam coarsciant imple-
bunt, electorum ad gaudium et lætitiã inflammabunt? Affe-
mant historiarum monumenta, Brasilios, gentem ferocem
et barbaram, cutem solis ardoribus adustam, cultris conscinde-
re, ac plagis hiantibus, uniones pretiosasq; gemmas inferre,
eosq; nobiliores et illustriores censei, qui pluribus plagis
maxime confisi, in publicum splendore progrediantur. Ast
hiantia Christi vulnera, a militibus in passione in fluctu
longe splendidius refulgebunt. Etenim cum Christi corpus per
se mirè splendens et fulgidum sit, quidni et vulnera eius
mirum in modum resplendescerent? Ead nunc sui ostenta-
trix Antiquitas et Catonis uticensis vulnera laudibus evellit,
quod ex iis plus gloriæ quam sanguinis emanaverit; non
serte potiori iure de Redemptore nostro depradicabimus festiva
illud æroama: De fortissimis eius vulneribus, quorum veni-
gia ad gloriam suam, et solatium nostrum retinuisse
arbitramur, plus gloriæ quam sanguinis effluxisse. Sed
Stylo hæc et ^{oratione} persequenti mihi, alia, et ut reor, majoris
quidem momenti ratio se insinuat, retinuisse Christum eic-
trices, ut eas æterno Patris pro nobis supplicans ostenderet.
earumq; ostensione eum ad nostri miserendum provocaret.
Etenim si M. Antonius, orator Romanæ causam agens,
qui de capite periclitabatur, apud Senatum perorans, acce-
pisset Sago multis confosso telis, sanguine confuso, ac te-
stante vulnera, quæ pro patria acceperat, magis ad ele-
mentiam hoc spectaculo iudices, quam sua eloquentia com-
morit; Evidni Deo Sacer misericordiarum, cuius patet
affectus in filii sui dilecti vulneribus spirat, non misere-
atur nostri, quando vulnera sua nostri causa accepta ei

Christo exhibe
pro nobis
cens: S
si Mediator
quam Abel
vivens ad i
cum Patre a
responderunt
vulnerum re
totum corp
oratio pro
ra. Sole
trare cupien
ingentium v
cicatrices po
a reis, juvi
le satagentib
in simulato
versas vulne
rat, obicit
fidem fecit
barit. Non
manium fo
iudices prio
memoracione
erat, ostensio
privare min
le nostro, qu
dati suo est
hic enim su
mento non
et misericord
sanguine pro
calesti offe
reperiat, qu
dumentat
no quidam
te in celest
sitem propo
festium,

Christi exhibet? Nec est, quod Christi apud Patrem suum
 pro nobis supplicationem et interpellationem in dubium vo-
 cem: Sic enim Apostolus inquit: Habemus *N* Testamentum
 Mediatorem, et sanguinis asperersionem, melius loquentem
 quam Abel. An vero Jesus qui juxta Apostolum semper
 vivens ad interpellandum pro nobis in coelis de salute nostra
 cum Patre aeterno loquatur quae olim inter theologos cepit
 responderuntque nullam hic intercedere locutionem: Sed ipsam
 vulnerum representationem intelligendam esse. Ita enim est, quod
 totum corpus aperiri sibi voluerit Saluator noster, ut in ex-
 pando pro nobis apud Patrem, tot essent ora, quot vulne-
 ra. Solenne olim praeis militibus, a Duce suo quid impe-
 trare cupientibus, fuisse legimus, ut veteres plagas, et obductas
 ingentium vulnerum, quae sub signis eorum in bello acceperant,
 cicatrices palam exhiberent, idemque factitatum accedimus
 a reis, praesens ad sui miserendum, vitamque donandam move-
 re sagacibus. Hinc apud Julium Caesarem proditoris miles
 infirmulatus, capitis sententia condemnatus, aperto pectore, ad
 versus vulnerum cicatrices, quae illis ergo, quondam excep-
 rat, objecit: nec alio teste Caesari opus fuit; illis quippe
 fidem fecit, illis persuasit, illis evicit, et fidem pectus pro-
 bavit. Non nominabo hoc Horatium Coelitem; multam
 manium fortissimum, quorum uterque capitis damnatus
 iudices priorum facinorum et pro Republica gestorum com-
 memoracione et cicatricum, quibus pectus turpiter concisum
 erat, ostensione ad misericordiam adeo inflexit, ut vita illos
 private minime auderent. Sed nemo unquam efficacius Redempto-
 re nostro, qui cicatrices transfixi pro nobis lateris et cordis
 detri suo exhibet, interpellavit, nemo facilius quid impetravit.
 Iste enim supplex libellus est, in quo peccata nostra, non atria
 mento non penna, sed sanguine et stilis ancis exarata
 et misericordia cera consignata sunt, libellus inquam, est
 sanguine proprio in membrana corporis sui conscriptus, Patri
 caelesti offertus. Equis hujusmodi causa sua patronum
 reperiat, qui in sua carne libellum supplicem, et causa ar-
 gumentum descripta gerat? Eleganter in hanc rem Arony-
 mus quidam, cum angelus transfuga, inquit, et emansor
 te in detestabilem peteret ancillatum: Christus contra te
 festum propositam, suam fecit: postquam diversas productiones
 festium, legis, oraculorum, prophetarum, signorum, tandem

Aschylum tragœdiorum
 in memoriam vobis
 Auditores revocate, quem
 ad lapides ob impietatis suspi-
 cionem condemnatum sua
 inter Amyntas veste subito
 detracta nudum exhibens
 unam duntaxat eum habere
 manum ostendit, altera pro
 patriae salute in bello amissa
 quod iudices et populus con-
 spicati, tamquam postulari
 facinoris memores, in-
 demnem abire eundem sus-
 serunt. usque adeo, quae oculis
 de foris videntur, ad mo-
 vendam plerumque validio-
 ra sunt, quam quae per
 aures ad sanimum defe-
 runtur; adeo res ipsa ma-
 joris non raro virtutis est,
 quam supplices preces et
 eloquentia Patronorum.
 Unse non inconvenientur
 Horatius: Sanguis irritat
 animos demissa per aures,
 etiam quae sunt oculis
 subjecta fidelibus.

proprium sanguinem allegavit. Obtinuit allegatio illa
tua sententiam libertatis, scriptae sunt literae in membra
na corporis crucifigi, et confirmata osculo misericordiae.
Hanc literaturam optime norat ille multarum lacrimarum
filii: dum exclamavit: In manibus tuis descripsisti me, sa-
ceratissimorum vulnerum tuorum caractere, caractere
scilicet suavitatis, non amaritudinis; caractere non mise-
ricordiae, non justitiae; lege, Domine Jesu, hanc scripturam
Patri eam ostende, et salva me. Non possum hanc mihi tem-
perare, quo minus obstupescens exclamem: O cicatrices nostrae
apud Deum per filium factae intercessionis indices! O stigma-
ta omni Demosthene et Seneca eloquentiora, potentiora,
aequius jam causa anime suae, quamvis iniqua, diffidat, ul-
terius certe sibi obtigisse novit, qui causam pessimam opti-
mam reddere, supremum Judicem in quam voluerit partem
vulnerum suorum objectu flectere consuevit? Esto, proinde
quod qui Demosthenem olim, qui Senecam, qui Tullium
disertissimos oratorum patronos in foro nanciscerentur, non
quam causa sua excederint, quod in C. Ligario patuit, in
quem, ut Julius Caesar sententiam fulerit, Cicero patuit, in
absolvit; Jesum qui nactus fuerit ^{amicitiam} patronum, causam suam
multo felicis apud aeternum Patrem, ~~obtinuit~~ obtinuit,
in aeternum non periturus. Verum ista nos faciamus misera
et contento orationis cursu ulterius feramur. Ita enim est,
quod Dominus cicatrices in corpore glorificato retinuerit et
adhuc etiam in caelo, et in aeternum retineat, ut inter alia,
quo nos prosecutus est, amorem et affectum hoc pacto festa-
retur: *Hæc* quippe ardentissimi amoris characteres sunt,
quibus ut ait *Isaias*, in manibus suis descripsit nos, non ca-
lamis, sed clavis; *hæc* bonitatis indicia, atque inextinguibilis
amicitiae argumenta. Solent qui exornando corpori vacant,
cum magni pretii adamantem, aut alium in genus lapideam
digitis in anulo gestant, chirothecam cancellatim conficere,
ut per scissuras ille in aliorum oculos incurat: in vestibus
quoque scissuras induci jubent, ut per eas interior byssus fem-
por ac sericum transpareat. Vanitatibus his relictis etiam
sanctiora dilabens, dico, amorem, quo Dei nos filii prosequi
quebatur, pretiosissimum fuisse adamantem, cui patrem
habere nunquam non poterat: quem ut nobis spectandum
exhiberet, utque de eius pretio iudicium fere sciscitamus, su-
stinuit, non dico manus suae chirothecam, sed sanctissimam

folia corpori
nihil tam du-
vincatur
viscera coa-
quodam ex-
et, atque
in locis ad-
moris Christi
se lateret
fudines fo-
aperuit;
de labris
Dignus Thom-
neia, et t-
datur; u-
futilisq; im-
moris est
viscera ap-
patescit.
ille sequi
sa fuisse
ergo dicit
um sepime
racis patesci
ipse. Nivido
Me me
Inquit
Nunc si sub-
ped et super-
fium reliqu-
cem ardent
et glacies
pere deflag-
ret. Quid
suo hoc car-
calum intule-
cem beatos
plagatus sur-
stigeretis esse
in me suscep-

totiq; corporis cutem discipi et per plagas conscindi. adeo
 nihil tam durum atq; ferreum, quod non amoris igne
 vincatur! Sane quemadmodum ignis, cum intra terra
 viscera coarctatq; et conclusus est: utpote quem illic calida
 quaedam exhalatio produxit, ingentes motus ac strepitus ei
 est, atq; dum faras prorumpere gestit, terram variis
 in locis adaperit: pari modo cum divini admirabilis a
 moris Christi ignis sub humanitatis nostra terra conclu
 sus lateret, et post plurimos motus, formenta, et inque
 rudines foras jam vellet erumpere, quinque locis etiam
 aperuit; quinque scilicet vulneribus, quae plane hiscunt,
 de labris utriusq; eo usq; deducuntur: ut manum suam
 Divi Thomas immittere potuerit. Salutaria me Christe vul
 nera, et talia, quibus se conditis in pectore ignis erumpit nu
 datur: ut nulla sit fenestra opus; quam Momi sciola
 futilis impietas deprobeat! Rege aliquo vita defuncto,
 moris est ad mortis causam cognoscendam, latus illig et
 viscera aperire; ac tum demum quid mortem ei attulerit
 patefecit. Exspirarat, exspirarat inquam, Dei filii, magna
 ille haec in crucis patibulo: quae mortis opus cau
 sa fuisset sciendi desiderio tenebantur omnes. Laceratur
 ergo dicitur lancea mucrone inter costas regio, musculo
 rum sepimento conclusa, et ad imum usq; et concavum tho
 racis patescit: ac tum demum Amorem mortis causam fu
 isse liquido liquido liquet.
 Me me, tadum, qui feci, in me convertite ferrum
 Inquit Amor, mea fraus omnis: nihil iste nec ausq;
 nec potuit.
 Nunc si lubet, omnium mortalium non modo naturalem
 sed et supernaturalem, addo Seraphinorum et caelestium mer
 trum reliquarum amorem, in unig pectus, velut in forma
 ardentissimam collectum, contemplantini, frigens erit
 et glacies pra amore Jesu nostri, qui in corde eius tanto
 peie deflagavit, ut faras per vulnereum aperturam erumpe
 ret. Quid existimatis Auditores, annon Christus in corpore
 suo hoc ardentissimi characteres amoris reservaverit, annon
 eorum intulerit, electis suis olim olim exhibitus? annon cum
 eorum beatos sic allocuturum patatis: Ecce his quinque plagis
 flagatus sum a vobis, quos dilexi, et ut me videretis di
 stingeretis effeci. debita vestra ego lui, vulnera vestra
 in me suscepi, vestra delicta et veneres clavis me transige

runt: gula vestra me felle et aceto potavit: passum
sum, ut vos a formentis gehenna liberarem, mortuus
sum, ut vos a morte aeterna eriperem: Ecce vulnera, cum
clavorum vestigia, quos vestri salvandi causa excepi. Videte
tangite et inspicite amoris, qui parem nunquam et nusquam
quam habuit, argumenta evidentissima:

Cernite, ut in toto corpore sculptus amor.
Videte o homines, quantum pro vobis dolui, videte
quantum vos amavi? Quantum jam gaudii ex cicatris
vobis Christi electis accessurum putati censetis, cum cor ce-
lestis lateris in Christo cor Christi ex ipsis vulneribus elucere
videbunt? ~~Evangelia~~ jubila, quos hymnos, quos cantica huius
amori, quo se persecutos intelligunt, refundent? ~~Solsem~~ huius
Orationis mea filium latius diducere et ad alias instituti
mei rationes descendere, sed dum plura meditor, oculis
obversatur optimus condiscipulus, qui quoniam et ipse aliqua
est prolaturus in medium, non est, cur vestra patientia
vel abutatur, vel benevolentiam post me dicturo debitam vi-
deat surripuisse. ~~Atque si quidem A percipitis~~

Quod itaque superest, agite Auditores, has cicatrices inspi-
cite, ac vultum dispicite, quibus nominibus Redemptori in-
itro sitis defuncti definiti. Accurramus, accurramus, in-
quid obstitimus? agite apertum latius, omnibus divitis opu-
lentia, osculemur. Exculemur pedes et manus clavipes
foratos millies atque iterum iterumque millies! ~~Quod~~ ~~penit~~
pius fuit Constantinus; qui Martyrum cicatricibus impetis
suspirans oscula; quid nos a cicatricibus Salvatoris labi-
retur, quae radiis solis pulchris existunt ac lucidis? et si
Caesum Scævam mira fortitudinis virum, feste Tetraecha, la-
cerum ac multis per forosum vulneribus, hostes quosque venerati
sunt, et propter bellicae virtutis admirationem, vulnera
ipsa deosculantes, sagittas tepenti cavere coeuitas, cen-
surum aliquod anathema, Deorum templis efficerunt; quid
nobis de Christi Servatoris vulneribus sentientium? quare
verentia deosculantur? quo pietatis affectu venerantur
de quibus non minus gloria nobis, salutisque fluxisse, quam
sanguinis certum est. Nec alienum nobis ab officio vi-
deatur contemplari in istis cicatricibus Noachi arcam
Paradisi fenestram, salebrosam petram in qua columba singu-
cis innocentia habitare possunt; arborem pertusam, quae
dubia tempestate nidulantur aricula; ~~atque~~ ~~asylum~~, in
quod securitatis gratia se liceat recipere. Atque ego quidem

in manibus
pectoris
indubitata
onem fecero
quia semper
nunquam
quasi passio
ritura esse

Dixi jam
in resurrectione
hodie, et in
quo mentem
sum inter ge-
in maioris e-
figuras, vel
colore atram-
que eminent
certis quibus
corum Critic
libus autem
manu scribenda
rolythica De
malum dicere,
mibi videtur
tis, inquit, no-
alii autem in-
habent. Atque
corpore circuli
fuit, infami
cimen ingent
rem inusserunt
Athenienses ve-
runt. Servis
aut plura ve-
ta. Cave a
Latina Comae
viciam facit
Lippis in hun-
felligit: effi-
legum velut
nam plurimum
morat. Zonar

in manibꝫ tuis, Christe Jesu, in pedibꝫ, in vulnere
 pectoris tui, tutissimum propugnaculum paratum esse mihi
 indubitata fide spero. Siquis abs te erraveris forte secusri-
 onem fecero: Semper tamen confido, ad te reverti liceat.
 quia semper vulnera tua patent; coalescunt nunquam;
 nunquam obliterantur, quin etiam credo, in aeterna gloria
 quasi passionis, gloriae, intercessionis et amoris signa appa-
 ritura esse

DIXI

Dixi jam, Auditores, de stigmatibꝫ et cicatricibꝫ, quas Christus
 in resurrectione sua et ascensione, in corpore glorificato retinuerit,
 hodieq; et in omnes aeternitates retineat. Atq; has quidem castius
 apud mentem meam repetenti mihi, frequens cicatricum et stigma-
 rum inter gentes usus sese insinuat. Sculpebant nimirum gentes
 in maioris et luctus argumentum in carne sua scalpore literarum
 figuras, vel candente ferro eas fronti inuadebant, inustas aliquo
 colore atramento videlicet aut stibio opplebant, quo cicatrices ma-
 gis eminent, literaq; praebent se lectui. Ad idololatriam quoq;
 certis quibusdam literis et punctis se signasse Iudaeos, felix criti-
